

A ut virtus haud contemnenda praeberet argumenta. Interea Salentium Ilemburgicus, Archiepiscopus Colon. cum ad con-

Maximum pars Capitularium in hunc Truchesium delibetavit, qui inde quod suffragiorum numero excederet assumptus est & declaratus Archiepiscopus anno Dom. 1577, pridie Divi Nicolai, cum trimestre supra tricesimum aetatis annum excessisset. Mox a nobilitate pariter ac civibus summa cum gratulatione inauguratus est. Commendabatur cum literarum multijuga eruditione, tum linguarum peritia: commendabatur & animi modestia, ac singulari pietate. Omnes autem pii de Reverendiss. bene sibi pollicebantur, cum pro sua singulari prudentia ac pietate praestitutum, quod alii neglexerant.

Verum praeter opinionem res accidit: Nam fide Catholica relicta, in haeresim prolapsus, dum in ea pertinaciter haeret, excommunicatur, & dignitate exiit anno 1583, mense April.

B Succedit omnium suffragiis Majo scq.

72. Ernestus Alberti Bavariae Ducis Filius, prius Canonicus Coloniensis, & Episcopus Leodiensis, Princeps omnibus numeris absolutus, qui adversus haereticum Truchesium, ejusque fautores arma expedire coactus, ditionem suam a tyrannide illorum feliciter vindicavit, & Catholicam Religionem magna alacritate promovit, haeresimque extirpationi strenue incubuit. Praesuit tam Coloniensi, quam Leodiensi, atque insuper Monasteriensi, aliisque Episcopatibus, prudentissimè usque ad annum Salutis 1611. Ipse autem annos natus 62. placide obdormivit.

78. Ferdinandus ex fratre nepos, omnium suffragiis assumitur anno eodem, & sequenti inauguratur, etiam quinque Episcopatum Praesul. De quibus ut in die rationis apud supremum Iudicem dignè respondeat, il quos regendos suscepit, exoptant hoc anno 1626.

EPISCOPI TREVIRENSES. Acrium Treviricæ Civitatis Origo ac encomium.

C Trevis magnitudine rerum gestarum & vetustate praecleara civitas, Gallia Belgica metropolis, ante Christi adventum 1947. tempore Abrahae, a Trebeta Nini filio condita. Hic a Semiramide matre ex Assyria profugatus, vel uti annales Trevirorum perhibent, effraemem & iniquam matris libidinem fugiens, ex regno cum magno Assyriorum agmine cecidit, & post varios errores itinerum ac ambages, in Europam, ad amenam quandam vallem, natura loci munitam, juxta Obrincam, quae jam est Mosella, devenit, ubi a suo nomine civitatem hanc condere cepit. Hujus civitatis antiquitatem trecentis & mille annis ante urbem Romam persecutus est Aeneas Sylvius. Hac quantum olim potentia, opibus aliisque ornamentis floruerit, praefatorum edificationum ruina ac monumenta, manifestè ostendunt. Videtur etiam ibi stupendae operis Palatium, quod instar Babylonici muri ex cocto latere factum, tantae firmitatis hodie manet, ut nulla arte frangi queat. Multi praecleari scriptores hujus faciunt in suis scriptis mentionem. A Julio Caesare, ut in suis Commentar. lib. 5. & 6. videre est, expugnata. Habuit suos duces, qui in ea dominantur: verum postremus, cum nimium libidinibus indulgeret, à Lucio Romano Proconsole occisus est, & Clodoveo Francorum Regi urbs tradita. Haec acta referunt circa annum Domini 485. Inde tempore Justiniani, per Gothos iterum est destructa, & per Othones ac Henricos Imperatores restaurata, & ad Imperium redacta circa annum Dom. 382. Haec urbs à D. Materno quoque ac ejus foelis lege Christiana imbuta est, inde tempore Maximiani tyranni, qui fuit ann. Dom. 288. agente trucidatissimo Rixiovaro Praefecto, tota ob Catholicam fidem interempta est. Tum urbis Gubernator, ac Principem fuit inclytus Pamachus Senator pius, qui ob Christi religionem cum undecim Senatoribus ac tota civitate interfecus est. Plura vide apud Franciscum Irenicum. Antiquissima totius Germaniae Universitate haec civitas insignitur, Archiepiscopus autem suum ordine agnoscit dominum: hic tres habet Coepiscopos, Metensem, Verdunensem ac Tulentem.

1. Igitur S. Eucharius, ex 72. Christi discipulis, natione Graecus, Treviram paganismo planè inversam accedens D. Pe-

tri auctoritate, populum illum, licet plurimum reluctansem, E Dei adjutorio, tum firmis, tum assiduis concionibus ad Christi fidem sacrumque baptismum adduxit, ibique praudentissimus Architectus nihil praetermissit, quod ad Dei honorem animarumque salutem ullo modo facere videbatur. Proinde hanc Ecclesiam jam plantatam ac fundatam, an. regis 25. Refecturato cujusdam praediviti maronae Albanæ filio, Valerii vocabulo, occasionem praebuit apud multos spiritalis refecturatio. Mirabilem Dominus sui Evangelii excitavit fructum: accurrunt universus populus, ac baptizari cupiebant: quae ex rivulo quodam, qui ex civitate fluebat, ordine ac magno gaudio fiebant. Ibi in templi idolorum involantibus, altaria prophana evertentur, vetus fermentum expurgantur, ac totam civitatem à superstitiosis cultibus emundabant. Construebant Ecclesias, conventicula ad Dei honorem & servitium erigebant, & Christi religio per Dei virum florere coepit. Circa an. Dom. 79. Senatrix Albana, cujus excitavit filium, donavit pro eo beneficio Ecclesiae Dei viri domum suam: ipse mox ex illa ipsa domo privata, publicum eorum (qui iam Christo inferti erant) templum faciens, S. Joanni Evangelistae idipsum dedicavit. In hac domo, & in hoc ipso templo S. Eucharius habitavit, in hac mortuus, mox ab auditoribus in subterranea templi cryptam positus, ibique humatus est; in quem locum omnes postea successores Episcopi Trevirenses usque ad Valentinianum 26. Assiditum collocati, deportati, ibique decenter humati sunt, tumulis & mansuetis 15. amplissimis, parieti cryptae eleganter insertis, quae non nisi cum multa admiratione videri possunt. Perit incendio haec Cella S. Eucharii circa ann. Domini 330. sed restituitur paulò post S. Agrippio Archiep. Trevirorum 27. qui corpus S. Matthiae Apostoli Treviram afferens, in eam cellam transtulit, quam deinceps S. Matthiae monasterium appellandam censuit. Everti vero tandem ab Atrila Hunnorum rege (qui se metum orbis & flagellum fidei dicere non erubuit) tota fere Treviri, cella haec S. Matthiae etiam solo aequata est, quam mox tamen Cyrillus 37. Trevirorum Archiep. non solum reparavit, sed & auxit, & ampliavit, sibi quae tumulum illic propè antecessores suos constituit. S. Eucharius igitur cum Ecclesiam sanctissimè gubernasset, anno Chr. 66. ex hac luce ad aeternam migravit.

2. S. Valerius Ecclesiam sanctè vivendo, & verbum vitae praedicando, probatissimè rexit. In eo spatio temporis multos ad Dominum populos convertit, signa magna & prodigia exercendo, & ad agnitionem Catholicae fidei perduxit. Qui etiam tam studiosè verbo praedicationis instabat, ut jam tunc penè per Galliam & Germaniam Christiani paganos & numero superarent & religione. S. Eucharius ei per visionem apparuit, & eum de obitu sui resolutione certior fieri, & ut Maternum regimini sui faceret successorem, admonuit. Inde ipse habita salubri ad frater exhortatione, coram suis discipulis feliciter in Domino 4. Kalend. Febr. spiritum Deo reddidit, anno sui regiminis 15. & Christi 93.

3. S. Maternus, defuncto Valerio, sub quo Gentilitatis vires valdè debilitatae sunt, ad clavum adnotus est. Hic opus optimè institutum, summo studio continuare ac perficere adinsum est. Egit concionatorem strenuum, & quod docuit, opere exercuit. Eucharius Trevir. fundavit Ecclesiam, at hic Evangelicum ritè longè lateque expandit. Adjunxit & Agrippinensem, & Tungrensem ann. Pontificatus sui 10. sub Clemente Papa, ac Trajano Caesare, & ita de tota Germania optimè meritus est, qui sic vixit, ut suis posteris lucidissimum exemplum, H vel morum sanctitatis, vel diligentiae in rebus agendis vel doctrinae, reliquerit. Cum hinc tam sancto operi indefesso labore 40. an. praesisset, operibus bonis plenus, Colon. vita defecit, an. sal. 133.

4. S. Anicius post D. Maternum ad clavum Ecclesiae adnotus est, qui suo officio sanctus est, quare laboris sui gloriosum in caelis refert premium.

5. S. Celsus post hunc admoveitur. Fuit hic genere coram mundo clarus, apud Deum virtutibus illustrior, quae vera virtus est.

6. Felix I. re ipsa insignis Episcopus, qui praesuit circa ann. Dom. 142.

7. Mansuetus, qui hunc nomini & vocationi suae vita proba, an. Dom. 160. optimè respondit.

8. Clemens an. 175. alius in suo munere non inferior.

9. Moyses tempore Euleuberii Pontif. Rom. ann. 189.

10. Martinus I. Christi martyr sanctus.

11. Anastasius ad gubernaculum ereatus, anno 226.

12. Andreas egregius sui ovilis pastor.

A 13. Rusticus I. vigili in vinea Domini diligentissimus. 14. Auctor conceditur talentum reddidit auctus. 15. Fabricius, obiit 4. Idus Junii Christi Confessor. 16. Cassianus vir in Dei vinea gravis operator. 17. Marcus. De quibusdam nihil aliud scire possumus, nisi tantum nuda nomina.

EPISCOPI TREVIRENSES ET TUNGRENSIS.

18. Avitus fuit ann. Domini 262. Pont. Max. Sixto primo. Ad hunc ex superioribus Episcopis 15. intra an. 50. martyrio coronati fuerunt. Nam post obitum D. Martini, plurimi ex Trevirensibus ad paganismum redierant: quare ibi Episcopum agere, certum erat, sui sanguinis discrimine praesidere.

19. Fuit autem hic Avitus ex regali progenie, scil. regis Tungrorum ultimi filius, & fuit 19. Trevir. Tungr. secundus à Materno Episc. Praesuit utrique Ecclesiae optimè, qui multos ad fidem Christi convertit. Obiit tandem Nonis Julii.

20. S. Marcellus, alius Marcellinus, sanctè & prudentissimè B praesuit. Fuit Tungrorum tertius Episcopus, & ius praedicationis Rex Angliae, id est Lucius, baptizatus est.

21. Metropolus. Hic cepit tempore M. Aurelii Antonini, an. 2. & sedit ann. 19. qui plurimos ad Christi religionem convertit.

22. Severinus Episcopus quoque Tungrensis 5. fuit tempore Gordiani, anno ejus primo, & sedit annis 14. Hic vita suae cursum in bonis operibus & praedicationibus feliciter terminavit.

23. S. Florentinus Tungrensis 6. imperio Galli & Volusiani, vir sanctus, & verbi Dei egregius concionator. Obiit 6. Kalend. Novemb.

24. S. Martinus 2. Tungrensis 7. sedit an. 14. in utroque Episcopatu. Hic magna sanctitate conspicuus fuit, & suis concionibus Hasbanos populos ad fidem Christi convertit. Praesuit an. 14. qui Hasbanorum dicitur Apostolus.

25. S. Maximinus 8. Tungrorum, sub imperio Probi an. 11. sedit an. 12. Migravit ad Dom. 12. Kalendas Julii, Theologiae Doctor insignis.

DESINUNT TUNGRENSIS.

26. Valentinus fuit tempore Diocletiani Imp. & sedit an. 28. Post ejus discessum sedes Tungrensis vacavit per septennium, videlicet usque ad 13. an. Pontificatus Sylvestri qui fuit an. imperii Constantini Magni 18. Obiit autem Valentinus an. Dom. 316. Post hujus obitum sedes Tungrensis separatur à Trevirensi, & Trevirenses ex se Episcopum fecerunt. Credunt, à S. Materno Praefules praedictos huc usque fidei etiam Agrippinensis habuisse curam.

ARCHIEPISCOPI TREVIRENSES.

27. S. Agrippius Graecus, Antiochena Ecclesiae Patriarcha, admirandae sanctitatis & doctrinae vir, infantia optimè Helena, ac B. Sylvestri Pontificis iussu, cum quibusdam religiosis viris ex Oriente Romam pervenit. Missus ad Treiros, ut eos denudò ad Christum converteret, an. gratiae 330. Hi enim ob diversè pericula & temporum injurias, Paganismo innexi erant. Ubi vir sanctus, ut alter Eucharius, populum ab antiquo errore eripuit, ibi tandem in pace vitam finivit, & in Ecclesiam, quae modo S. Maximini dicitur, ann. Chr. 345. repositus. Fuit hic primus Trevirorum Archiep. ac totius Germaniae ac Galliae Primas & Patriarcha. S. Sylvester ac D. Helena hunc pretiosissimum reliquus ornatum, tunica videlicet Domini nostri Jesu Christi inconsutis, uno clavorum, cultro Christi, quo in cœna usus fuerat, Crucis sanctae parte eximia, corpore D. Matthiae Apost. ac aliis quibusdam, cum his Treviram misit, qui illas in sacras ades distribuit. Agrippius vir insignis, fideles ministros per regionem continuit, confusus Oratoria, & in his operibus habuit illum Imperatricem faventem ac adjuvantem, cuius etiam palatium in D. Petri templum converti fecit. Emigravit ex hac vita ann. Chr. 345.

28. S. Maximinus secundus, ex Aquitania, clarissimis ortus progenitoribus. Habuit fratrem Maxentium. Hi admodum accurate educati fuit literis sacris ac optimis moribus, futuri Pictavorum Maxentium nacta est Pontificem, qui eam laudabiliter rexit: Maximinus se in Germaniam ad S. Agrippium Trevirorum Archiep. praesulem contulit, ejusque disciplina plurimum profecit. Quidam Quiriacus, vir bonus ac pius, per somnium certior factus est, Maximinum Agrippio successurum. Hujus rei non ignarus Agrippius, eum successorem pronunciat L. B. Theatr. vitæ Humanæ, Tom. 111.

ac instituit. Designatus legitime ab omnibus tum Clero tum E populo, ac Pontificibus, quae fuit erant numeris, diligentissimè exequi studuit. Incidit autem in periculosa Arrianorum tempora, & nisi hujusmodi columna se pro domo Dei ex adverso posuissent, mirum in modum labefactari posuisset. Vide & Divi Hieronymi de sancto Maximino testimonium. Habuit sui similem Athanasium, Ecclesiae micum succimentum. Ipse Coloniz convocari fecit, contra Euphratem Pseudo-Episcopum, Concilium, eunusque cum aliis deposuit, auctoritate Julii I. Rom. Pontific. Profectus est causa peregrinationis Romam, & itineris sui socium adhibuit Divum Martinum. Inde in patriam excurrens, ut suos inviseret, obiit. S. Paulinus successores corpus ejus Treviram adveni curavit, & in monasterium, quod nunc est S. Maximini, reposuit. Post mortem multis claruit miraculis. Obiit in Septembri, cum ann. 15. sanctissimè praesisset.

29. S. Paulinus superioris discipulus, eruditione & pietate clarissimus, ab omnibus eligitur, & à B. Martino in Archiepiscopum Trevirensis consecratur. Ea tempestate (Constantino Imperatore in Catholicos infaniente) Trevirenses, imò tota Germania, praestantiorum Episcopum & pastorem habere non possent. Fuit Nicænae fidei contra Arrianos propugnator vehementissimus. Vide de eo Tripari. hist. lib. 5. cap. 15. & 17. Ob Catholicam fidem, quam praedicabat & defendebat, fatigatus variis exiliis ad mortem usque, tandem apud Phrygiam, (ubi à Constantino exilium patiebatur) beatae passionis coronam à Domino ann. Chr. 363. percipit, juxta Hieronymi Chronicon. S. Hilarius de eo inter alia dicit, quòd corpus ejus sit ab obitu loco translatum Treviram. Praesuit annis duodecim vir sanctissimus. Ad hunc invensum S. Ambrosius Mediolano misit S. Albanum cum Theonesto, qui Moguntiae ab Arrianis interfectus fuit. Est alius Paulinus martyr, cujus caput malleo ferreo pro Christo contritum dignoscitur, siquae effuso cerebro cum pio sanguine, feliciter occubuit. Hic Coloniz in Ecclesia S. Caeciliae requiescit.

30. S. Bonifacius inde S. Paulino mortuo, ac ad aeternam vitam translo succedit. Fuit autem hic eximia sanctitate & egregia eruditione conspicuus. Praesuit ann. Chr. 363. & praesedit laudabiliter, ac summo Christianae pietatis G promovendae ac ampliandae studio. Mortuus est an. redempti orbis 368.

31. S. Bricio, alias Brictonus, legitime creatus succedit. Fuit autem vir sanctus, & suo officio minimè defuit, an. 12. turbulentissimis praesuit temporibus. Apud Damalium Pont. Rom. ob eximiam sanctitatem & eruditionem, summa fuit auctoritatis. Reliquit terras an. gratiae 380.

32. S. Felix II. consentientibus patribus, B. Bricioni successit: est: inde ob arctissimam consuetudinem, quam cum S. Martino habuit, ab eo consecratus est. Regnabant tum temporis in eo loco haeretic nonnulli, verum hic, ut infelix illud extinguere vellet, nullis peperit laboribus. Post duodecimum autem Pontificatus sui annum, Episcopali renuncians apici, in Collegio beatae Virginis ad Martyres, quod condidit, solitarius vacabat contemplationi, & reliquum vitae suae tempus transegit. Ubi paulò post vitam morte mutans, ann. Dom. 392. diem obiit extremum. Aedificavit & Basilicam in honorem S. Paulini, cujus asserit fecit ossa, & in ea collocavit.

33. Mauricius secundus, post Felicem ad clavum Trevirensis Ecclesiae adnotus. Praesuit an. duodecim, iis temporibus, quibus sancti illi Doctores, Hieronymus & Augustinus, in Ecclesia Catholica floruerunt, id est, an. 398.

34. S. Leguntius, defuncto priore, ministerium Sacrodotale subit. Fuit autem in Philo sophia, item divina lege peritissimus, & in ea die ac nocte meditabatur, & in eo faciendo, vitae mortalis periodum absolvit feliciter, ac à morte in Ecclesia B. Mariae ad Martir. à Felice condita, sepultus, an. Dom. 144.

35. S. Auctor II. ex Episcopo Metensi, Archiepiscopus Trevirensis constitutus est, vir honeste atque prorsus laudabilis vitae. Carnis debitum suo tempore solvens 13. Septemb. in Ecclesia D. Maximini tumulatur. Inde translatus post aliquot an. in Tabenam supra Satram repositus est.

36. S. Severus, discipulus S. Lupi, Trevirensis Antistes, totius sanctitatis exemplar. S. Hieronymus hujus tempore Treviris bonis litteris incubuit, & S. Severum ob vitæ innocentiam plurimum amavit. Cum enim egregius esset concionator, ac verbum Dei Germaniae populo magno fructu praedicaret, Treviricus ordinatus est Archiepiscopus. Inde cum S. Germano Antiodorensi, & S. Lupo Treccassino Episcopis in

A Britanniam profectus est, & haresim Pelagianam ibi contuderunt, & exspiravit. Mortem obiit Christi Confessor anno salutis nostrae 420.

37. S. Cyrillus creatus anno gratiae 430. in Archiepiscopum, vir oppido pius, & populi diligentissimus institutor. Praesuit in magna rerum perturbatione. Cumque nactus esset paululum otii ac tranquillitatis, cellam Divi Eucharisti, id est, S. Mathiae Basilicam evertam, reparavit & ampliavit, quae modo longè pulcherrima est. Inde optimus Princeps à morte in illam tumulari ad suos antecessores voluit.

38. Jammertus succedit, qui de illorum numero fuit, quorum corpora in pace sepulta sunt, & nomina eorum vivunt in generatione & generationem.

39. Emerus, vir qui se pro domo Dei tanquam murum inexpugnabilem posuit. Plurimum advigilavit, ut Pelagiana haresis exstingueretur.

40. Marcus II. de eorum genere, quorum sapientiam narrant populi, & laudem eorum nunciat Ecclesia. Collegium S. Paulini à tyrannico vastatum reparavit, & à morte in illud sepultus est. Pervenit ad annum Christi 442.

41. Volusianus perfectus inventus est, & in tempore iracundiae factus reconciliatio. Ecclesiarum suarum privilegia tum defendit, tum restauravit. E vivis excessit ann. Chr. 468.

42. F. Hilarius, & hic dilectus Deo & hominibus, qui optimè gubernationis praesuit, mortuus an. 472.

43. S. Modestus mundi gaudia ejusque noxia blandimenta & caduca neglectis, mortuus est, an. salutis 486. sepultus apud S. Eucharium.

44. Maximianus fuit tempore Anastasii blasphemii Imperatoris in Trinitatem, qui ob id fulmine perit. Habuit autem Episcopus S. Callorum pium Sacerdotem Diacorum: & Episcopus mortuus est anno gratiae 498. cum bene annis decem praesisset.

45. S. Fibicus ex probatissimo S. Maximini Abbate Archiepiscopi constitutus est, qui Ecclesiae Dei sua conversatione minime dedecori fuit. Mundum cum suis reliquit ann. Dom. 500. transiens ad caelum.

46. S. Abrunculus, & hic saeculi gaudia vana respuit, qui iam laetus potitur caelestibus cum Angelis. Obiit an. Dom. 515. Sepultus est ad S. Paulinum, inde translatus in monasterium Springenburense.

47. S. Rulficus II. hic primum inter Praesules mentis levitate ultus, vixit mollioris blandimenta, in multorum scandalum, sequutus est. Erat quidam presbyter tunc temporis, Goar nomine, qui ex Aquitania venit, & in diocesi Trevirenensi in pago Trigonio prope Rhenum oratorium sibi in honorem B. Virginis construxerat. In hoc ipse divinis laudibus die ac nocte vacabat, & suis assiduis concionibus multos paganorum ad fidem Christi convertit. Verum hic Episcopus huic pio viro non bene favebat. Cum autem infans, cuius ignorabantur parentes, clam esset expositus, Rulficus de ejus volens sanctitate periculum facere, ipsum Goarem virum Dei coegit, ut qui infantis essent parentes, adjurando proderet. Ibi Goar puerum in nomine Sanctae Trinitatis adjurat, ut parentes ipsemet nominet ac manifestet. Infans respondit: Rulficus Episcopus meus est pater, ac Flavia mater. His responsionibus extortis ac auditis, Episcopus non parum expavit, ipse quoque Goar, & populus valde commotus est. Rex Francorum & omnis populus Episcopatum ejus Goari obtulit, verum ille constanter recusavit: fuit verò Episcopo suo, ut commissum scelus poenitentia diliberet. Hanc ille in canobio B. Virginis ad Martyres, per septem annos peregit, & inde vitam piam ad mortem usque perduxit, & animam Deo sub Clotario Rege Francorum reddidit.

48. Aponoculus Archiep. Treviricus, qui mundi gaudia vana, ac divitias ejus fallaces, caelestibus semper posthabuit.

49. S. Nicetius in omnibus negotiis suis coram Deo & hominibus suspiciendus. A nativitate capitis signo & vix optima educatione, Clericum agere semper visus est. A parentibus monasterio traditus est, & in eo tantum profecit, ut eadem Abbas praeficeretur, Regis Francorum Theodorici auctoritate, an. Dom. 526. Trevirorum Archiepiscopus, constitutus & ordinatus est. Hicque ad ejus spectabant officium, optimè exercere & exequi conatus est: nam in coercendis peccatis fuit acer, non vulgarem duntaxat, verum etiam Principum: quod Theodobertus, Theodorici regis filius, qui regnum patre mortuo ambiebat, repulso fratre Clotario, experius est. Inde Clot-

arium regem pro suis nefariis factis excommunicavit: cum Rex ei exilium minaretur, minime eed commotus, nullo minus perterritus. Concionabatur quotidie, ac populum in officio continere assidua correctione laborabat. Pests temporis, ipse cladem suis precibus ab urbe Trevirica avertit. Vivens miraculis addebat, ut qui ejus in periculis nomen invocasset, liberaretur. Gregorius Turonensis, Fortunus Pictorum Episcopus, Aridius ejus discipulus, hujus sancti viri pietatem mirum in modum celebrant, qui cum D. Nicolao comparare non verentur. Tandem divina visione ad caelestem patriam evocatur, & modica pulsatus febris, spiritum ad Deum praemittit: sepultus est in basilica D. Maximini. Praesuit annis 17. cum summo animarum fructu: mortuus an. Dom. 551.

50. S. Magnericus post S. Nicetii mortem in Ecclesia Trevirenensi Archiepiscopatum promotus est. Hic sui praedecessoris fuit discipulus, & comes indivisus, & in regimine successore dignissimus. Erat hic Deo devotissimus, tum in D. Martinum jam dudum terris sublatum, & signis cotutentem, singularem gessit devotionem; quare in ejus honorem tres Ecclesias construxit. Tandem optimus praesul deficiens, à morte in F. monasterio D. Martini repositus est.

51. S. Gangericus ex Lutemburgensi provincia, cum esset Cameracensis ordinatus Episcopus, mortuo suo magistro Magnericus, ad Treviricam quoque Ecclesiam admoveatur, & dignus qui utriusque praesul, habitus est. Gubernavit igitur utramque laudabiliter, & cum Cameracensem visitaret, vita excedens ibi, Cameracae scilicet, suae sanctitatis in Ecclesia, quam in Diva Virginis honorem edificavit, nactus est sepulchrum. Praesuit annis 33. & circa annum Dom. 594. obiit venerabilis Magnericus.

52. S. Sabaudus ad clavum Ecclesiae ascensus, vitam duxit tali pastore dignam, i. e. plane sanctam, & mortem, quam debuit creatori suo & omnium nostrum, invenit.

53. S. Severinus Archiepiscopus Trevirenensis, vir fuit divino cultui deditissimus: zelans Dei honorem ex animo, qui verbis & exemplis Ecclesiae plurimum praesuit. S. Amando Episcopo Aquitano in concionando fuit collega & symistes. Burdagalimortuus est: & Christus ejus mortem crebris miraculis pretiosam fuisse reflat est.

54. S. Mododaldus ex insula Aquitanorum profugus, ex palatio ad Ecclesiam Treviricam gubernationem invitatus rapitur. Habuit forem itam, quae nuptis carissis duci Pipino: fuerunt hi S. Gertrudis virginis parentes. Habuerunt & filium Grimoldum, qui duo illa praecleara monasteria, Scabulanum & Malmundarium, ex proprio peculio construxit, quae S. Remaclo ad influendam monachicam vitam tradita sunt. Fuit hic Mododaldus vir summa prudentia, tum singulari mansuetudine praeditus.

55. S. Numerianus fidelis doctor & informator suae plebis, vir vix sanctimonia & eruditione insigni excellens, qui in aethere sanctorum collegio commemoratur. Obiit an. Dom. 715. eo tempore, quo Mahometicus furor initium sumpsit.

56. S. Bassinus ex nobilissimo Ducum Austrasiae genere natus, frater Lotharingae ducis, qui ut mundi gaudia & gloriam caducam vitaret, in D. Maximini monasterio factus est Monachus, inde ob vix probitatem Abbas 17. impulsi vero Gregorii II. Pont. Trevirorum Archiepiscopus creatus est. Quia praesuit, ut basi templi in domo Domani dici meruerat. In bona senectute obiit, & in suo monasterio sepultus.

57. S. Luitvinus, Bassini ex forete nepos, Belgicae Galliae Dux. Hic augenda pietatis studio aliquot monasteria apud Treviros liberalissime dotavit, tandem uxore legitima mortua, monasterio super Sarram fluvium Benedictini instituit, in sua ditione, quod Mediolanum appellatur, constructo, monasterii rigoris habitum ibidem assumpsit, ac vix prioris levitatem acti poenitentia diluit. Verum avunculo suo Bassino ad superos translato, Archiepiscopus Treviricus legitime electus est. Cui muneri laudabiliter & utiliter annis aliquot praesuit. Tandem cum Rhemos profectus esset ad Concilium generale, mortuus est ibi, & in suo monasterio an. Dom. 721. sepultus, qui miraculis multis clare dicitur.

58. Clodolphus S. Arnulphi Metensis Episcopi, qui ex Francorum regum stemmate fuit, legitimus filius. Pater fuit Metensium Episcopus, & eo represso, filius assumitur. Cum verò huic laudabiliter praesideret, ad Treviricam Ecclesiam regimen quoque postulari. Verum Mulo Lutruvianus filius, homo prophanus, Episcopatum Trevirensem, quasi paterno jure, invasit & occupavit, & Clodolphum, virum justum & sanctum

Amuldis injuriis affectis; qui tamen illius improbitati cedere maluit, quam repugnare. Milo autem ob quiddam victorias, & ob gratiam Martelli regis valde fuit elatus, & Rhemensem Episcopatum quoque addidit, & ambas dioeceses per 40. an. obtinuit. Quantum autem ad Ecclesiastica officia attineret, habuit Hildulphum Vicarium: ipse verò militiae & venationi vacabat. Tandem à quadam agro laesus, mortuus est, & in Erance oppidulo sepultus, qui de Ecclesia male promeritus est.

59. S. Hildulphus, mortuo prophano Milone, legitime ad Episcopatum, quem annis aliquot ut Vicarius in spiritualibus bene administraverat, assumptus est.

60. V. Veomadus Abbas S. Maximini, superioris decreto ordinariè designatus est Archiepiscopus, anno Dom. 753. Hic Collegium Paulini, Maximi, Martini & Eucharisti maxima privilegia impetravit, quae Carolus Magnus rata habuit & confirmavit. Tandem bonus Praesul à facie iniquitatis sublati est 6. Idib. Novemb. & in sua Basilica anno Dom. 776. tumulatus, anno sui Praesulatus 23.

61. Richboldus ex Abbate Monasterii Metacensis, in Archiepiscopatum Trevirensem, an. Christi 776. assumitur. Fuit vir religiosus, cum in se, tum in aliis: mortuus an. Dom. 782.

62. V. Vvatz, aliis V. Vvafo, ejusdem Monasterii Abbas, vir timens Deum, in Archiepiscopatum assumitur. Excessit autem è vivis, an. 805.

63. Amalarius Fortunatus, Monachus Luxoviensis, postea Romanae Ecclesiae Cardinalis, Graecè, Latineque doctissimus, pariterque eloquentissimus, ad Trevirensem Ecclesiam gubernaculum legitime electus est. Missus est à Carolo Magno Constantinopolim ad Imperatorem Graeciae Michaelem, & pacem atque amicitiam inter eos conciliavit. Scripsit hic Fortunatus opera quaedam de Divinis Officiis, quae à doctis hominibus Praesuit summa cum laude annis 16. mortuus est autem an. gratiae 822. & ad S. Paulinum vir sanctus sepultus.

64. Heto canobii S. VVilbrodi Epternacensis Abbas, legitime constitutus est Archiepiscopus. Corpus S. Calloris ex Cardena Confluentium transfuit, & in ejus omniumque Christo Omologotharum honorem, insignem Basilicam erexit. Praesuit annis 31. Idib. Idib. & à morte apud S. Mathiam, an. Christi 838. sepultus.

65. Threzeaudus episcopus VVilbrodi Monasterii Abbas, ad Ecclesiam Trevirensem gubernaculum inde electus est. Fuit homo simplex, in bonis literis non adeo versatus. Praesuit annis 18.

66. Bertoldus Abbas Mediolacensis, & nepos S. Adventii Metensis Episcopi, legitime tum creatus an. Dom. 867. succedit, tum à Carolo Duce Lotharingiae designatus. Trevirum hoc tempore Normanni occupabant. Hic bonus pater sanctorum reliquias, ne hostibus praede essent, desodit, & cum pio affectu tuenda patrie, & pugnando pro aris & focis, resisteret, infeliciter cessit. Metensis Episcopus occubuit, hic fuga elapsus est. Interfuit Synodo Coloniensi, & suarum Ecclesiarum privilegia, summa contentione defendit. Cum praesisset Ecclesiae utilissimè an. 17. mortuus est, an. gratiae Evangelicæ 884.

67. Radbodus, ex Abbate Epternacensi à Clero & toto populo in Archiepiscopum eligitur, vir doctrina & praesentia clarissimus, qui multum opere in Ecclesiae bonis ampliandis posuit. Fuit Formoso Pontifici Max. valde familiaris. Praesuit autem 21. annis.

68. Ruitherus vir doctus & prudens, cum ad Archiepiscopatum esset assumptus, librum De decretorum scriptis, & cum eum suis Suffraganeis Episcopis obtrulisset, atque ab eis approbatus esset, voluit eum etiam observari. Cum Henricus Imp. contra Normannos bellum gereret, ei auxilio fuit. Cum autem annis 22. praesisset, vita functus, an. Chr. 934.

69. Ruperus ex Saxorum Ducum stemmate ad Archiepiscopatum adnotus est. Nobilitatem suam vix probitate illustravit, qui toto vix tempore ad Christianam religionem promptissimus fuit. Ecclesiam D. Maximini devastatam, reparavit, & dedicavit. Tandem bonus Praesul peste, quae tunc ubique grassabatur, cum 28. annis optimè praesisset, interemptus est, an. Chr. 965.

70. Henricus inde an. Dom. 965. Ecclesiae gubernationem sortitus est. Hic cum praesisset, habuit S. VVolfgangum virum pietate conspicuum Sacellanum, cujus in reformanda sua Ecclesia consilio & opera utebatur; & hic postea Ratisbonensis Ecclesiae factus est Episcopus. Trevis juxta summum templum, Monasterium in honorem D. Petri construxit, & ibi

Monachos, quos regulam strictim observare voluit, ordinavit. E. Ottonem primum Imp. cum armato milite in Italiam secutus est. Contra Joannem XIII. Pontif. Romae celebrata est Synodus, cui hic non postremus interfuit. Cum verò in domum cum Imp. reverteretur, incidit in morbum, & peste in itinere interit. Hic forum Trevirensis ornavit, & crucem ibi admodum sanctam ob certas causas constituit.

71. Theodoricus Praepositus Moguntinus, vir nobilis ac magne auctoritatis, succedere justus est. Sub hoc Praesule Canonici Trevirenses majoris templi, qui Henrici antecessoris tempore ad archiorem regule observationem astricti fuerant, remissiores facti, se rebus & negotiis secularibus immiscere coeperunt. Obiit hic Episcopus an. Dom. 970. sepultus in cimiterio Divi Eucharisti. Hic antecessoris sui ex Italia corpus affert fecit, & in majori templo sepeliri.

72. S. Eckbertus ex Comitum Hollandiae preclaro stemmate ortus, virtute quoque ac eruditione insignis, pacis ac tranquillitatis publice ut amantissimus, ita observantissimus, omnibus suis ex animo charus. Multa oppida quae Barbari devastarant, reparavit. Erat eo tempore ingens terrae siccitas, quae solum omne reddidit sterile; quare hic jejunium, quod Bannitum dicitur, instituit. Vir plus anno Virginei partus 989. mortuus est, & in sacello D. Andreae, sancti Matthei vicino, quod ipse fundavit, sepultus. Hic Ecclesiae Egmondanae insignem crucem contulit, cujus virtutes ejus loci fratres commemorare solent.

ELECTORES TREVIRENSES.

73. Ludolphus Saxonici sanguinis, Episcopale officium & regimen accepit, anno Dom. 989. Immunitatem fratris S. Petri (quos nunc Canonicos vocamus) constituit, habitacula eorum muris cinxit, & voluit, ut à Laicis, tum habitaculis, tum conversatione, differret. Praesuit an. 10. Primus Elector Trevirenensis.

74. Abelbero de Lutsemburgo, Praepositus S. Paulini, genere quidem & divitiis clarus, Archiepiscopatum cum non potuisset obtinere, vi invasit, an. Dom. 1003. cum ab ipso Imp. Henrico alius esset electus, & designatus.

75. Mecingandus Praepositus Moguntinensis, vir bonus & justus, ab Henrico II. Imperatore constitutus est Archiepiscopus Trevirenensis. Erat sine Ecclesia atrox & perniciose concertatio, rex illegitimo Abelberoni adversabatur, & hic illi, quem rex constituerat, insidiabatur & profligare conabatur. Abelbero rem amnis agebat, alter verò Confluentiae suam tranquillam functionem pie exercebat; qui expletis 12. muneris sui annis, mortem oppetit, ibique sepelitur. Abelbero verò cum videret se oleum & operam perdere, cessit, & in Collegio D. Paulini vitae colophonem imposuit, an. Dom. 1014.

76. S. Poppo ex Austriae Ducibus ortus, electus ab ipso Imp. Henrico, tum ab omni Clero & populo postulatus, an. Dom. 1015. Quod Daniae regnum fidem Christi sit complexum hunc autorem fuisse dicunt. Ob devotionem, qua loci sancti videre tenebatur, ad terram sanctam profectus est. Ex Syria probatissimum Monachum Simeonem, qui viarum & itinerum erat gnarus, assumpsit, quem Trevirim reduxit. Archiepiscopus in honorem D. Michaelis egregium, & permagnificum templum construxit, & cum in illud S. Simeon esset sepultus, paulatim ab ipso denominationem accepit. Demum cum summa laude annis 41. & mensibus 5. praesisset, mortuus est anno salutis 1037. & in sua Basilica, id est Simeonis, sepultus, Christi Confessor sanctus.

77. Eberhardus ex Comite Palatino Rheni natus, vir magnificus, ad regimen Ecclesiae deputatus est. Cum autem ad illud munus esset adnotus, prudentissimè & religiosissimè gubernare studuit. Hujus Archiepiscopi instantia Leo IX. Pont. Max. Germanus, Trevirim cum multis Cardinalibus venit in Italia, & Ecclesiam multis privilegiis condecoravit. Tandem bonus Praesul pridie Paschatis in sacratio subito mortuus est, anno Pontificatus sui 20. an. Christi 1067. cum à Cerei consecratione rediisset.

78. S. Chono, aliis Conradus, Suevus, Primicerius Colon. à sancto Annone Archiepiscopo Colon. qui tum Imperii Romani Vicarius erat, ordinatus est Archiepiscopus Trevirenensis. Verum illi, praesertim saecularis, hujus praesentia & praesidentia non erant contenti. Incarceratus est bonus pastor ad praedictum à suis subditis; tandem anno Christi 1066. in *Freuch*, ab impiis de altissimo monte tertio precipitatus, cum mansisset illeceus, gladius eorum interfectus, miraculis claruit.

A 78. Udo Suevus, ex praclaro stemmate Comitum Nellenbergensium. Hic Imperatori & Cleri suffragis ad Archiepiscopatum promotus est. Qui sane talis fuit, & cuius humeris tanti moles regiminis tunc imponi potuit. Fuit vir valde venerabilis, facie venustus, facundus, statura procerus. Cum annis 11. strenue ac devote provinciam suam rexisset, momentaneae vite valedixit, anno Christi 1077. In Ecclesia D. Petri tumulatur.

79. Ado tempore Gregorii VII. id est, anno Dom. 1077. designatus est Archiepiscopus Treviricus, licet in eorum Chronicis huius non fiat mentio; apud probatos tamen auctores celebratur, & inter Archiepiscopos connumeratur. Fuit vir sanctus, pariterque doctus, ait Aloysius, qui Martyrologia de sanctis Christi multa doctè conscripsit. Hic etiam, ut iustus erat à Gregorio Pontifice, res controversas inter Imperatores Henricum IV. & Rudolphum circa, an. Dom. 1077. composuit.

80. Egilbertus Bavarus, Praepositus Trevirensis, an. Domini 1079. praesente Imperatore Henrico IV. ab omnibus legitime creatus est etiam abfens, cum ageretur Romae in Imperatoris negotiis. Cum inde in Germaniam, ea auctus dignitate & confirmatus, rediisset, ab omnibus humanissime exceptus est, & suis efficit virtutibus, ut ab omnibus merito amaretur. Fuit in erogandis elemosynis in pauperes liberalissimus, & humanitas ac mansuetudine conspicuus. Cumque annis 22. ac mensibus 8. sedisset, ad aeternam patriam anno Dom. 1101. concessit, sepultus Treviris in majori Ecclesia.

81. Bruno Francus, consecratus Moguntiae. Valuit tum consilio, tum auctoritate apud Caesarem, qui cum patris loco habuit. Ob pallium suum ipsemet Romanus profectus, & perenigne à Paichale II. exceptus est: verum accutus quod ea qua sui non essent officii, peregrisset, increpatus est. At postea in gratiam receptus, Episcopalia obtinuit, & Galliae Primas à summo Pontifice deputatus est. Fuit insignis & argutus disputator: Iudaeum quendam Physicum disputando convicit, & ad baptismum induxit, Ecclesias aut construxit, aut collapsas reparavit. Cum praesuisset utilissime annis 23. ex hac lacrymarum valle discessit, & in majori templo, totius Civitatis mœnore sepultum anno Chr. 1123. C. accept.

82. Godefridus Trevirensis Ecclesiae majoris Decanus, vir Ecclesiasticae disciplinae observantissimus. Dum annis tribus praesuisset, cum summa gratiarum actione ultro cessit. Resignationem suae duas causas addidit, clericorum dissolutam vitam, & senectutis suae incommodum.

83. Meginhertus natione Leodiensis, qui ab ineunte aetate in Ecclesia Trevirica optime fuerat instructus, & suis virtutibus, omnibus conspicuus fuit. Cumque vir mitis ac ingenuus quorundam Clericorum zelo iustitiae lasciviam corrigere vellet, eorum mortis & odia expertus est. Quare vir bonus, ut Pontificis opem imploraret, Romam profectus est, & in itinere à quodam, quem excommunicaverat, miserè proditus, captus, luminibus privatus, ex ingenti cruciata vitam morte mutavit. Factum est anno Chr. 1130. & ab Episcopo eius loci, Parme sepultus.

84. Adelbertus vir prudens, exacti iudicii, an. Dom. 1132. successus est. Alius quidam Bruno Canonicus Trevirensis erat antea electus, verum ille cum gratiarum actione huic lampadem tradidit. Fuit hic D. Bernardo admodum familiaris, qui tum Treviris morabatur. Eduxit quoque ex Italia Eugenium Rom. Pontif. cum 18. Cardinalibus Treviram, quem cum suis, mensibus aliquot sustentavit. Tandem praesulatus sui an. 15. Christi 1152. Confluente diem clausit extremum.

85. Hellinus, alius Hillinus, summae aedis apud Treviros Decanus, vir prudens atque literatus, communi Cleri populi-que consensu in Archiepiscopum, anno Incarnationis Dominicae 1152. electus est. Provinciam plurimis adificiis, quibus multum opere & sumptum impendit, exornavit. Ab Imperatore Frederico fuit Ecclesie nonnulla obtinuit privilegia. Obiit Pontificatus sui anno 18. Christi verò 1170. & Treviris in majori Ecclesia terrae mandatus.

86. Arnoldus Coloniae apud D. Andream Praepositus, Imperatoris Frederici interpellatione à Clero, populoque creatus est. Licet pacis esset studiosissimus, cum tamen à quibusdam Comitibus bello impeteretur, eos devicit, & fecit tributarios. Erat valde locuples, quarè sumptus ingentes sine Ecclesie damno facere potuit. Cum an. 8. laudabiliter sedisset, mortuus est an. gratiè 1188. & Treviris ante aram S. Trinitatis sepultus

87. Joannes Imperatoris Cancellarius, Cefaris ac summi Imperatoris Pontificis benevolentiam Archiepiscopatum consecutus est. Fuerunt duo simul creati, Volmarus Archidiaconus, & Rudolphus, summe aedis Praepositus, & cum de Archiepiscopatu per septennium dicebantur, posthabitis illis, hic Joannes à Pontifice substituitur, & per Sigefridum Cardinalem statim confirmatus est. Ea sanè tempestate praesentiorum pastorem Treviri habere non poterunt. Ita praesuit & profuit, ut tum provincie, tum ipsi civitati non parum consulere: Ecclesiasticarum rerum curam semper maximam habuit. Cum verò diecesim summa cum laude annis 23. gubernasset, anno Virginei partus 1213. viam universe carnis ingressus est.

88. Theodoricus II. Comes de VVede, Praepositus S. Paulini, & Archidiaconus Trevir. à Collegio Canonicorum, an. 1213. legitime creatus est. Fuit pacis ac tranquillitatis auctor. Cum iis temporibus Coloniae, ob suorum Episcoporum diversitatem, excommunicati essent, eos reconciliavit & absolvit an. 1215. Tandem bonus & vigilans pastor Confluentiae, anno sui regiminis 30. rebus humanis valedixit, an. Dom. 1242.

89. Arnoldus II. Praepositus Treviricus, Comes Isemburg. Fugis, antecessoris ex forene nepos, ab una Capituli parte succedaneus eligitur, à paucis autem Rudolphus Pontanus, Praepositus sancti Paulini. Hic Arnoldo, & fratre Ducis Lotharingae & Lutzelburgensis favore, resistit. Tandem pacificati sunt, & Rudolpho (qui tamen brevi mortuus est) Lotharingum assignatur. Inde liberatur metu Arnoldus: confirmationem unà cum Pallio ab Innocentio IV. Pontifice anno Domini 1243. impetravit. Diem clausit extremum, regiminis sui 21. anni à nato Christo 1259.

90. Henricus II. de VVintzen, Decanus Metensis, à summo Pontifice Urbano IV. duobus in discordia creatis, proponitur. Erat ipse tunc Romae, & non ambici oblatum est ei Archiepiscopatus. Cum autem cum Archiepiscopali insignis Treviram venisset, ab omnibus officiosissime exceptus est. Plurimas adificiis construendis innovavit, & Confluentem recalcitrantes sub jugum redegit, & arcem ibi propè portem construxit. In senio podagra, quam solvere necesse medicina, valde afflictabatur, & Divum Jodocum visitare consuevit. In reditu propè Beneventum infirmari cepit, & Bononiae spiritum reddidit. Praesuit annis 26. & an. Christi 1286. in terris G. esse desit.

91. Boemundus de Vansberch, electus est cum alio quodam Gerardo de Eppenstein. Verum dum Capitulum examinatur suffragia, hic Cardinalium auctoritate assumptus est, & statim per Nicolaum IV. an. 1288. consecratus, Ecclesiam suam hic magnificenter exornare fuit. Cum autem an. 11. praesuisset, ex hac lacrymarum valle evocatus est, an. 1299.

92. Diechters, Adolphi Anaxoviani Romanorum regis frater, de Ordine Praedicatorum. Erat Imperatorum duorum magna concertatio, ut adversus Adolphum Albertus Austriacus unoculus esset, & haec diversa electio multa & infinita peperit mala. Bonifacius igitur VIII. Pont. Rom. hunc in Archiepiscopum Trevirorum subrogavit & consecravit, quam Capitulum eum minime postulasset. Praesuit igitur an. 7. & res dicecesos sub eo valde debilitatae sunt mortuus est, an. 1307.

93. Baldvinus Comes Lutzenburg, Henrici VII. Imperatoris, unanimi Canonicorum consensu, an. Dom. 1307. assumitur. Aetatis immaturitatem, motum gravitate & consilio prudentia superavit. Erat itaque mediocris, vivacis ingenii, memoriae tenacissime. Praesulterat fe virum longè expectatissimum, & ingentem suae sapientiae spem dedit, quòd Mogunt. & VVormaciae. atque etiam Sprensi Episcopatus brevi tempore tam dextrè profperaret. Quum autem ad hunc esset legitime promotus, summa tum fide tum laude praesuit. A Clem. V. Rom. Pont. consecratur, & Pallio donatus est. Tandem optimus ac laudatissimus Princeps ex hoc lugubri saeculo, publico omnium luctu, an. Christi 1354. Praesulatus 46. aetatis 68. migravit.

94. Boemundus II. Serapontinus, Archidiaconus Trevirensis, à toto Canonicorum Collegio electus, moribus ac aetate grandævus, successit an. 1354. Fuit & hic laudatissimus Princeps, qui pacem, iustitiam, mansuetudinem unice coluit. Sed cum ab impiis quibusdam Centuriis impeteretur, ob senilium incommodum, alium subornavit. Quarè dominum Canonem à Falckstein, virum eximia virtutis, & magne in bellis fortunae, qui tum Moguntinensem & Coloniaensem Archiepiscopatus suo preclaro studio defendebat, in Coadjutorem constituit. Hic rebellium vires & audaciam contrivit, Boemundus autem cum podagrae malo & senio gravaretur, beatam se amavit.

A mavit, si hunc Canonem in sua sede habere posset succedaneum. Quarè apud Pontificem Romanum Innocentium VI. insitit, & post gubernationem cum gratiarum actione hunc vidit succellorem. Consultit inde se in Sarburgium castrum, & ejus proventibus, quoad vixit, altius est, inde annos quinque supervixit in tranquillitate, & Pontificatus 14. Christi verò 1368. valedixit vite militaris.

95. Cono de Falkenstein Coadjutor Boemundi, vir prudentissimus, qui à natura ad regimen natus videbatur. Erat vir strenuus, labori assuetus, ingenio & consilio acutissimus. Hic Ecclesiae Coloniae, cum ab Angeboris Coadjutor peveretur, suo studio plurimum contulit. Cum duabus amplissimis provinciis praesideret, utriusque optime profperit. Treviris metropolis volebat se ab ejus jugo subducere: hanc ille & pure & vi subjugavit. Coloniae tamen resignavit suo nepoti Frederico, Comiti Sarvendensi. Gubernationis Treviricae 20. anni, moritur Confluentiae, id est, an. Christi 1388.

96. VVernherus à Koningstein, à Capitularibus legitime in Archiepiscopum eligitur, an. 1388. Fuit princeps clarissimus, in consiliis valde providus, & circumspectus: an. 30. ferè B praesuit, & inde naturè, an. Domini 1418. cessit necessitati, Confluentiae propè Cononem avunculum suum in templo S. Castoris sepultus.

97. Otto Comes à Zegheim, ad Clavam Trevirensis Cathedralis imponitur, qui fuit vir bone vite, & summe in Deum devotissimus. Viros literatos in summo semper habuit pretio, & haereticos, perditissimum hominum genus, odio profectus est. In amicis placidus, in hostes severus, in pauperes liberalis fuit. Erant ejus temporibus Clericorum mores, non quales eorum exigit professio; quos cum hic corrigere, & reformare vellet, eorum mortuus fuit. Obiit an. Dom. 1420. cum duobus an. praesuisset.

98. Rabanus ab Helmsfate. Trevirensibus in sententis diffidentibus, Eugenius IV. Pont. illis invidis hunc Ecclesiae Spirensem Praesulem, virum potentem ac prudentissimum, instituit ac confirmavit. Capitulum autem dum non conveniret, duos elegit, & hincambo, dum fe mutuo infectantem, provincie non mediocria damna dederit. Verum Rabanus, qui Ecclesiae rationem habuit, ab armis abstinuit: qui annis 9. est in summa in quiete, praesuit. Anno autem Dom. 1439. urmiusque Ecclesiae C magistruum se abdicavit, & ut Jacobus de Sirek, qui reformationi Ottonis plurimum felicitat, eligeretur, insitit. Ipse verò ejusdem anni 14. Novemb. naturè debitum absolvens Spira, & in Basilica cathedrali honorifice sepelitur.

99. Jacobus Baro à Sirek, vir multae eruditionis, per resignationem antecessoris ad Ecclesiae Trevirensis gubernaculum pervenit. Confirmatur ab Eugenio IV. summo Pontifice. Verum bonus Princeps dum diligenter & provida dispensatione Archiepiscopatum, an. ferè 7. rexisset, animam egit, an. Dom. 1446. qui sepultum conlecutus est in Basilica B. Virginis, juxta summum Templum.

100. Joannes II. ex illustri familia Marchionum Badensium, an. Dom. 1449. ad Archiepiscopatum constitutus est gubernator, aetatis suae 22. Admodus, propter aetatis lubricitatem primò negligentissimus administravit: inde factus vir, tum in Ecclesiasticis, tum in politicis negotiis fe virum longè excellentem demonstravit. In omni fuae gubernationis tempore, quod admodum fuit diuturnum, pacem & tranquillitatem habuit. Ob venerandam canitatem & rerum multiplicem experientiam, in maxima fuit apud Imperii Principes aetimatione. Vixit ad annum D Christi 1505. & jam ferè octogenarius in caastro Erenbretstein è vivis excedens, Pontificatus sui ann. 53. aetatis 79. sepelitur Treviris in majori Ecclesia, in choro S. Nicolai.

101. Jacobus II. item ex Marchionibus Badensibus, superioris nepos, ac ejus per aliquot Coadjutores, Joanne jam defuncto, ipse omnium consensu ordinatus succedaneus. Erat vir ingenio, eloquio, prudentia & scientia multijuga commendatissimus: bonus enim literas à doctissimo Philippo Beoroldo Philologo abundè hauserat. Sunt ejus naturae, tum gratiae dotes etiam Itali admirati. Erat Principibus omnibus charus, ipsi etiam Maximiliano Caesari acceptissimus. Ejus dictum ex Tiberio: Boni pastoris est tendere pecus & non degebere. Praesuit sedi an. plus minus octo laudabiliter, ac in florida aetate annorum necdum 40. Princeps nobilis, doctus, & apud ad regimen, necessarius plane dicecess: cum Coloniae aegeret, ibidem mortuus est, an. Dom. 1511.

102. Richardus ex nobili familia Gryfencrav à VVolftrats, majoris Ecclesiae Trevirensis Canonicus, concorditer omnibus congratulantibus ad gubernaculum electus est. Ad hujus promotionem tum Clerus, tum & universus populus applaude-

bant, talem fe nactos pastorem; imò & haec electio ipsi Maximiliano Caesari usque adeò complacuit, ut praecedentis Jacobi dolorem, hujus successione deliniret. Hic igitur Richardus talem se praesulit Principem, qualem vix Germania multis retro saeculis habuit. Erat vir prudens, doctus ac plane pius, ac devotus in Deum ejusque matrem Deiparam. Cecepit eo sedente incendium illud, & furor rusticorum in superiori Germania, qui primò in Clerum, mox in Principes grassabatur, & provinciam infinita mala dederit: ubi hic Richardus plurimum advigilavit, ut pestis illa nocentissima comprimeretur. In eo enim tumultu ultra centum millia rusticorum, an. Dom. 1512. à paucis Catholicis caesi sunt. Interfuit Ferdinandus Aquitagnus, an. Dom. 1531. coronationi, & dum domum rediisset, eodem an. è vivis excessit, non sine veneni suspitione. Praesuit summa cum laude ac utilitate, an. viginti.

103. Joannes III. ex illustri & perantiqua familia Metzhenhagen, post obitum Richardi, ab omnibus legitime 6. Kalend. April. electus succedit. Erat vir valde prudens, & æconomus optimus. Praesuit an. 9. laudabiliter. VVafgonae extinctus est, 22. die Julii, an. Christi 1540. aetatis 40.

104. Joannes Ludovicus ab Hagen, legitime & concorditer electus succedit. Erat hic vir perhumanus & mitis erga omnes omnium conditionum homines, omnibus charus. Praesuit in magna rerum Germanicarum perturbatione per Lutheranos excitata. Vale dixit isti mortalium vitae, an. Dom. 1547. Pontificatus sui 7. aetatis 53.

105. Joannes IV. de Comitibus ab Isenburg, Canonicus Coloniae: post hunc Joannem, an. Dom. 1547. Trevirensis Archiepiscopus uniformiter creatus est. Fuit hic cum suis collegiis Archiepiscopus, in Concilio Tridentino, anno Dom. 1552. Derurbatus est inde ob improbitatem tumultuantis Alberti Marchionis Brandenburgici. Is siquidem religionis praetextu, imò impietatis, Episcoporum fines molestabat; unde Trevirenses quoque molestabat. Combustis igitur apud Treviros acribus aliquot, monasteriis ac templis, illic spolatis, discessit. Archiepiscopi autem electores, ut suos defenderent, discedere coacti sunt. Joannes autem Archiepiscopus cum annis 4. in tenui valetudine praesuisset, in caastro Montaburenti obiit, & Confluentiae conditus.

106. Joannes V. ex nobili familia de Petra natus, & in omni genere virtutum optime educatus, à puero parentum consilio operam literis dedit, & liberales artes feliciter edidit. Accedebat & vite integritas, atque magna animi prudentia. Postea se Treviram contulit, & ejus Collegii Canonicus receptus fuit. Ibi magna animi moderatione vixit, & ob multas corporis & animi virtutes omnibus gratissimus exiit. Ac primum Archidiaconus, mox omnium suffragis Archiepiscopus constitutus est, an. Dom. 1555. Maximiliano II. Imperatoris electioni Francofurti cum aliis Electoribus interfuit: erat enim vir prudens, expertus, ad res magnas gerendas idoneus. Sub eo Trevirenses novarum rerum cupidi, nonnullorum moti improbitate, mirè tumultuari fuerunt. Cum igitur an. 11. laudabiliter praesuisset, Confluentiae fato, quinto Idus Februarii, cessit, ibique ad S. Florinum terra mandatus est.

107. Jacobus III. Lab Eitz, Decanus summi templi Trevirensis, altero ad Superos translato, omnibus congratulantibus, concordibus sententiis ac votis, anno Chr. 1567. in Aprili ad Archiepiscopatum assumptus est. Ejus promotione Clerus ac universus populus gavisus est, & plurimum de ejus inauguratione sibi congratulati sunt, & hic Reverendiss. talem se praesulit Pastorem, & Principem, ut non tantum à subditis suis ac domesticis, verum etiam ab externis, summis laudibus celebratur, qui sanè merito ornamentum ac decus omnium Archiepiscoporum censeri possit. Nihil sanè in eo desiderari potest, quod ad optimum Praesulem sperare queat. Rudolphi II. electioni in Regem Romanorum, an. Dom. 1577. cum aliis electoribus, interfuit. Coactus est cum sua metropoli Treviri, quòd suum defenderet jus, bellum ac controversiam gerere, quae Cameræ Spiren. censura commissa est. Obiit 1581.

108. Joannes VII. à Schomburg, electus 1581. Obiit 1599.

109. Lotharius à Meternich.

EPISCOPI MONASTERIENSES. Carolus Magnus Imperator tertiam Episcopalem Ecclesiam creavit in Mediterraneis Saxoniae, quae nunc est VVestphalia; loco qui ab insulari Monasterio ibi adificato, Monasterium fuit appellatus. Erat autem cenobium Virginum, & loco, in quo adificatum est, Memingrode nomen fuit, quod mox amissit. Tandem Metropolis totius VVestphaliae evasit. Urbs munita situ & opere, quamvis nuper ab Anabaptistis multum destructa.

A Primus autem qui Episcopus honore hic profuit, fuit S. Ludgerus natione Friso, frater Hildegrivi Episcopi Halberstadiensis. Jam enim Frisia Christi fidem amplexa erat, & mittebat assidue operarios ad eas Provincias, in quibus metis multa erat, & pauci qui eam colligerent, aut in Domini horreum reconderent. Erat autem Ludgerus a teneris instructus in omni pietate, & timore Domini. Alcinus vir apud Carolum Magnam summæ auctoritatis, cuius consilio in rebus sacris utebatur, hunc apud Regem commendavit: quare ab ipso Carolo cuidam virorum Monasterio præfectus est: quibus sanè prodesse non præesse, diligi, non timeri studuit. Cogitavit de suo patrimonio Monasterium construere, & ibi mentis suæ tranquillitati locum figere: Sed ecce Caroli Magni Imperatoris auctoritate evocatur, & Saxonum Ecclesiis, præsertim Mîmegardenodensi, quæ in fidem Christi profertim cooperant, in viciu præficiunt. Hic quod oneris erat, suscepit, quod honoris, declinavit: quod inflare, poterat cavere, quod ædificare, subivit. Auctoritate igitur Archiepiscopi Colonienfis Hildebaldi, licet reluctans, in Episcopum Mîmegardenensem, quæ nunc est Ecclesia Monasteriensis, consecratus est. Hic commissam plebem miraculis & doctrina ad Christum plenus convertit. Mortuus est vir sanctus, ann. Dom. 809. & in suo Monasterio in Vverdena sepultus.

2. Gerfridus Ludgeri nepos, & dignus in tali munere successor, præficiunt an. 810. studuit enim ejus mores & vitam imitari. Quamdiu præfuit, & quibus potissimum resulerit operibus, sciri vix potest.

3. Alfridus, vir devotionis, & sanctitatis eximie, superioris est successor. Functionis suæ exactam habuit rationem, atque Ecclesiæ suæ tum populo sibi commisso utiliter ac fructuose præfuit, Ludovico Pio Imperatore, an. Dom. 835.

4. Lubertus tempore Sergii Rom. Pontif. ad clavum Ecclesiæ, vir excellentis pietatis parique modestiæ, promotus & raptus est, ne malitia ejus mutaret intellectum, satis mature.

5. Bertholdus sanctitate ac singulari prædixu clementia, præfidere cepit, an. Dom. 893. Imperatore Arnulpho. Episcopus hic suam declaravit sanctitatem, quod jejuniu & precibus morbum Medicis incurabilem sanaverit.

6. Vvîlhelmus Plebanus in Cathedra: ob incredibilem suam religionem, ad hanc promoveri meruit. Ecclesiam, Imperator ex venatione fortè fortuna ad hunc diverit. Cumque pro sua simplicitate hospitem (ignorans esse Imperatorem) benigne tractaret, justè hospes, ut quid ab illo postularer. Video, inquit ille, & videns viri sanctitatem, pollicitationem factam alta mente reposuit. Quamprimum igitur vacavit Episcopatus Mîmegardenfis Ecclesiæ, vocavit hospitem suum, & totis renitentem conatibus, ad eum induxit. Leguntur de hoc Episcopo nonnulla præclara facta. Quamdiu præfuit, incertum, fuit autem annuum circiter Christi 920. quo Henricus Auceps præerat Imperio.

7. Richardus in utroque homine vir nobilis, inde ad hanc promotus est Ecclesiam. Fuit ex Regali familia ex Anglia ortus, & religione Christiana conspicuus. Maluit hic pius vir modestia, quam armis in suos ministeriales, qui eum molestis afflicebant, decerare. Præfuit autem sub Otone I. Imperatore, qui incredibili usus est felicitate.

8. Rainoldus, superiore morte sublato, ad gubernaculum pervenit. Pamam hic posteris immortalẽm hac occasione reliquit. Fuit ejus tempore omnium rerum caritas maxima: quare ipsa sua largitate profusa, velut alter Joseph, multorum succurrit inopie. His piis exercitiis vitam hanc terminavit.

9. Hildebaldus post hunc agere cepit Antistitem. Non moveat quemquam, quod fratrum fiat hic mentio, quod olim illi qui jam gaudent vocitari Canonici, Fratres fuerint: & ferè omnes sub D. Augustini regula vivebant.

10. Dodo post ad gubernaculum admoveatur. Darur hic testimonium vite breve, sed bonum, quod Ecclesiam rexit laudabiliter, id est, motibus bonis ac vita pia eam instruxerit.

11. S. Suederus inde fuit succedaneus. Hic talem se gessit, ut omnium opinionẽ, Sanctorum catalogo & albo inscribi deberet. In initio sui Pontificatus vidit bella, verum illi omnia Otto II. Imperator in Galliam transtulit, quem suo legitimo Regi, & Regum Regi Christo, sua nolent præstare. Iste Pontifex pietatis plenus & dierum, desinit esse inter mortales.

12. Theodoricus inde administrabat Ecclesiam. Hic suæ conscientia testimonium reliquit, quod seipsum religioſum exhiberit, & Ecclesiæ bonis optime prospexerit. Quando terras reliquerit, nullibi reperitur.

13. Sigefridus fortis Ecclesiæ gubernaculum, tum mores, tum facultates in bonum statum redigere studio habuit. Vidit hic miram in Imperatore Henrico II. ac conjugè sua, sanctimoniam. Cum autem vite mortali impolisset colophonem locum dans alteri, decessit.

14. Hermannus vir valde præclarus, ejus nominis primus, anno salutis nostræ 1035. Hunc Episcopatum summa industria, hoc est, religione in Deum, vigilantia in populum, administravit, & an. 1050. esse desit.

15. Robertus post hujus obitum ministerium sortitus est.

16. Fridericus frater Marchionis Mînsensis, ac Magdeburgensium fratrum Præpositus, quem S. Anno Archiepiscopus Colonienfis, Monasteriensis Ecclesiæ præfeci, & ordinavit Episcopum. Præfuit laudabiliter sub anno Domini 1070.

17. Erpo superioris nepos, sanguine Magnapolensium, vir nobilis & sincerus, inde creatus est Episcopus. Profectus hic cum aliis multis Germaniæ Episcopis ac Principibus, exhortatione Urbani II. cum Godefrido Duce Bullionis, ingenti expeditione in Palestinam, ubi Antiochia ac Hierosolyma ac aliis locis positi sunt: Inde reversus, feliciter Ecclesiam suam multis annis optime rexit, bonum ac fidelem Christi militem ac pastorem se declarans, qui bono sine hinc migravit, anno Domini 1099.

18. Theodoricus de VVînzembergo, tempore quo Imperatores & Romani Pontifices plurimum dissidebant, ad Ecclesiæ gubernationem acinus est. Henricus Imperator eum reject, Ludgerus Dux Saxonie, & Comes de VVînzemberg, ejus cognatus reduxerunt. Cum autem civis ac ministeriales ei quoque adfuerentur, res ad arma pervenit. In conficiatione ex ignitis jaculis Ecclesia S. Pauli incendio perit. Inde D. Theodoricus apud Ecclesiam ad vitæ terminum permanit. Obiit an. Dom. 1127.

19. Henricus a morte Erponis fuerat electus, & constitutus Episcopus, verum a quibusdam ejicitur, & Henrico Regi præfatur. Hic cum quamdiu Theodoricus superites fuit, in honore secum retinuit, & inde cum honore ad Ecclesiam revertis, qui tempus D. Pauli conflagratum reparavit. Præfuit circa annum 1125.

20. Egebertus hujus Ecclesiæ connumeratur Protomyſta. Fuit apud Lotharium Imperatorem magnæ auctoritatis, qui eo Legato ad Concilium, ad Clarum montem ab Innocentio II. indictum, usus est.

21. VVîtmerus, vir multis conspicuus virtutibus, substituitur. Hujus tempore Comes a Cappenberg devotionis ergo caltrum suum in Ordinis Præmonſtratenſis collegium commutari passus est.

22. Henricus I. anno redempti orbis 1184. declaratus est Episcopus.

23. Ludovicus Comes de Tekemberg Ottonis patris, ordinatus est post Henricum Episcopus. Erat autem vir magnanimus, qui suam Ecclesiam amplificavit, & multis bonis ac privilegiis illustriorem reddidit. Fuit autem circa annum Domini 1190.

24. Godecalcus Saxo: verum humilis natus loco, qui natalium tenuitatem sua virtute egregie illustravit. Suis enim virtutibus, Imperatoris auctoritate ad Episcopatum promotus est, & cum contra omnes insurgentes egregie defendit, & summa cum laude rexit. Tandem anno Domini 1200. inter mortales esse desit.

25. Hermannus II. succedit, qui ob summam benevolentiam a subditis Patet vocitatus est. Securus est Imperatorem in Italiam, a quo ut ipse, & successores, Principes appellarentur, ac potestate gladii secularis uterentur, obtinuit. Obiit an. Domini 1246.

26. Otto Comes de Benthem, Præpositus Bremensis, Hermannus in regimine succedit. Hic omnium primus per Clerum electus: siquidem ad ipsius usque tempora Imperatores ibi Antistites constituerant. Aſiaticæ expeditioni cum aliis multis Principibus interfuit, & multa præclare gessit.

27. Theodoricus inde ad Ecclesiæ gubernationem successus est. Ecclesiam D. Pauli novam condidit, & alia memorata digna fecit.

A 28. Ludolphus de domo Nobilium de Holte, successit. Licet ob Ecclesiæ defensionem multa & dura ab adversariis pateretur, ipse tamen pro sua magnanimitate semper triumphavit. Nobiles admodum Ecclesiæ infestos & præfactos, ipse domuit & extirpavit. Inde vitæ cursum sub Rudolpho Imperatore consummavit, ad superos concessit.

29. Otto II. illustris Comes de Lippia, successit. Fuit autem tempore Alberti Magni, et, Christi 1266. Hoc memoriale reliquit, quod Vechtram ditionem suæ Ecclesiæ magnis impensis adiecit.

30. Vvîlhelmus II. de Baronibus de Holt, legitime succedit. Hic ut summi templi Canonici, & in Belrebeck laudis & commodius viverent: prospexit, de morum reformatione nulla fitentio.

31. Gerardus ex Comitibus de Marca, post Ottonem fit Pontifex. Hic vir tali honore, imò excellentiori dignus fuit: præfeci capiti. Cum ad bella provocaretur, excellentis & dubiam et expertus fortunam.

B 33. Oto III. ex Comitibus de Retberge, Præpositus Paderbornensis. Præfuit annis sex, & in exordio regiminis tranquille egit: postea quendam adversarium, nempe Conradum, Præpositum Colonienſem, expertus est. Oto verò maluit maiori potentia cedere, quam privato bello malis incommoda- jre. Exulat igitur, & in exilio moritur.

34. Conradus quorundam factione Episcopatum obtinuit, & per annos 4. in eo vixit. Gessit bellum, in quo tum damna intulit, tum accepit. In hac perturbatione Ecclesiæ facultas non parum diminuta est. Ipse in istis tumultibus præ animi dolore desecit. Relictis omnibus, ad Ordinem D. Francisci in forestissima fortuna concessit, & vixit in eo cum summa modestia ac regulari & rigida observatione an. 14. Non sine sanctitatis nomine mortuus est, anno Dom. 1230.

35. Ludovicus de Hassia, vir illustris & magnificus, Carnotenſis Canonici, bonarum gnarus literarum, præfectus est. Originem traxerat de S. Elisabeth sanguine. Cum esset per Comitum Clivenſium Ottonem ad suam introductus Ecclesiam, eam cum summa laude & utilitate annis 49. rexit. Erat vita integra, in pauperes liberalis, bonis amabilis, malis autem formidini, in bellis fortunatus, Principibus gratus, qui aspera æque ac prospera placido tulit animo.

36. Adolphus Comes de Marca, anno Domini 1295. Monasteriensis declaratus est Antistes. Fuit Canonici Colonienſis, & in iure Pontificis peritus, qui Ecclesiam hanc non fine amulis, annis rexit 5. Pontifex Romanus Urbanus V. cum minimè talia suspicantem, ad Colonienſem Ecclesiam tranſtulit: verum ipse post decimum mensem resignavit, & contracto cum Margareta Clivenſium Principis filia unica matrimonio, eorum Comes postremus factus est. Sultulit 7. filios ac 9. filias. Fuit circa annum Domini 1368.

37. Joannes de Vîrteberch, in gubernaculo Ecclesiæ successit. Hic admodum solemniter & religioſe est introductus: verum cum per annum vix præfuisse, summi Pontificis auctoritate ad Trajectensẽm Ecclesiam transferretur, cui annis 7. præfuit.

38. Florentius de Vvevelskofen Canonici Colonienſis per Urbanum V. Ecclesiam viduatam suscepit. Fuit non inu- ditis Pontifex, qui multa amissa bona recuperavit, & auxit: rebelles Ecclesiæ perdomuit. Inde quoque (ut erat tum temporis illa translatio in usum) post aliquot annos ad Ultrajectensẽm per eundem Urbanum transferretur. Hic summa prudentia ad finem vitæ præfuit & profuit.

39. Pato homo alienus, Bohemus, Regis Bohemi filicet, & Caroli IV. Imper. qui eum in delictis habuit, auctoritate, Antistes factus est. Ob Sedis Apostolicæ honorem ac Imperat. auctoritatem, cum religioſe suscepit. Verum ipse ob linguæ vernaculæ imperitiam, cum videret se negligi, ultro discedere elegit, qui ad Ecclesiam Suerinienſem translatiõs est.

40. Heidenricus Vvullſt, post Patonem translatum, ad Ecclesiam hanc promotus est. Exercuerat hic summa fidelitate officia aliquot annorum, nempe Pastoris, Scholasticæ, Præpositi: inde ad majus & excellentius productus munus, morbo, quem tympantem dicitur, (genus est hydrois) succubuit.

41. Otto IV. ex Comitibus de Hoja, pridem Præpositus Ecclesiæ, legitimus factus est ejus Episcopus. Talem se gessit

ut ab omnibus Episcopatu dignus censeretur. Erat belli, quam E caremoniarum Ecclesiasticarum studiosior.

42. Henricus ex Comitibus de Morſe, Theodorici II. Archiepiscopi Colonienſis germanus frater, post victoriis illustrem Ottonem, factus est successor, an. Dom. 1415. Fuit talis Præfuit, qui hujusmodi honore, & majori dignus habitus est. Præfuit suo tempore summa cum tranquillitate. Protervos ipse subiugavit, & iniquos profligavit.

43. Vvalramus item Theodorici Archiepiscopi Colonienſis & Henrici prædecessoris frater, ad Ecclesiæ gubernaculum legitima electione assumptus est. Verum cum nonnulli clam agerent, & Erricum Onaburgensem, sua sede pulsam, proponendum huic censerent, apertum excitavit bellum. In his tumultibus, qui per octennium duravere, Vvalramus in fata concessit, locum faciens successori.

44. Joannes ex Ducibus Bavarie, in Italia agens. Suscipitur cum summo honore, introduciatur, & omnia per illum pacantur. Præfuit igitur annis aliquot cum summa religione, & inde translatus, Magdeburgensium est factus Archiepiscopus.

45. Henricus Archiepiscopus Bremensis, ad hanc viduatam Ecclesiam ea lege acinus est, ut hanc in Commendam habebat, & priorem quoque obtinebat. Pervenit vivendo ad annum ætatis 96. qui vite periodum fecit circiter annum Christi 1470. Præfuit huic Ecclesiæ annis 30. Bremensi 33. Vixit circa an. Dom. 1494.

46. Conradus nam ex Comitibus de Retberge, Episcopus Onaburgensis, vir industrius ac perhannatus, non indoctus: ad Monasterienſem quoque Ecclesiam assumptus est.

47. Erricus Dux Saxonie, post Conradum, virum nobilem, electus est Monasterienſis Episcopus, anno Domini 1508. & obiit an. Domini 1522. die 6. Novemb. quo tempore Adrianus VI. Germanus, Trajectensẽs, præceptor Caroli Imperatoris, moderata vite homo, Pontificatum Romæ tenuit per 22. menses.

48. Fridericus Comes de Vvæda, legitime Errico succedit. Fuit præpositus Bonnenſis, & germanus frater Hermanni Archiepiscopi Colonienſis. Resignavit Episcopatum Monasterienſem, an. Dom. 1532. die 22. Martii, ob tranquillorem vitam statum. Obiit in Vvæda Comitatu, an. Dom. 1551. die 11. Martii.

49. Erricus de Grubenhagen, Episcopus Onaburgensis, G huic per electionem postulant succedit: qui cum vix sex hebdomadas post electionem vixisset, mortuus est.

50. Franciscus Comes à Vvaleck, electus est Monasterienſis Episcopus, anno Domini 1532. Fuit sanè Princeps laudatissimus, qui suæ Ecclesiæ optime præfuit summo studio adnixus est: verum ob Anabaptistarum improbitatem, qui sub eo in ea Urbe involaverunt, mentem suam declarare aique manifestare non potuit. Post varias urbas ab illis excitatas, variaque perpeſſa incommoda, obiit an. 1553. in Junio.

51. Vvîlhelmus Ketteler, de nobili familia, apud Ducem Justanensem consiliarius, ac summi templi Monasterii Canonici, an. Dom. 1553. electus est in Episcopum Monasterienſis. Resignavit anno Dom. 1557. die 3. Dec.

52. Bernhardus à Ralſfeld, electus est inde Episcopus Monasterienſis, an. Dom. 1557. die 4. Decemb. Resignavit ann. Dom. 1560. die 25. Octob.

53. Joannes Comes de Hoja, Episcopus Onaburgensis, electus est in Episcopum Monasterienſem, an. Dom. 1566. die 20. Octob. Erat factus, largus, illustris, ad omnia magnanimus, Principibus gratus. Mortuus fuit anno Domini 1574.

54. Joannes Vvîlhelmus, Ducis Juliacensis ac Clivenſium, ex Maria Ferdinandii Imperatoris Romani filia, nata minor filius, summi templi Colonienſis Canonicoꝝum alioſcorum Collegio, optime ac summe ipse adolescens, post Joannem de Hoja mortem, in gratiam parentis adoptatus Ecclesiæ Monasterienſis Administrator.

EPISCOPI OSNABURGENSES.

Osnaburgum, sive Onaburgum, est insignis Urbs in Saxonia: ferunt ita dictam à bovina pelle, quibus pellibus hæc Urbs fuerat circumdata. Tradunt eam erectam à Comitibus de Engers, alii autem antiquiores à Julio Cæsare. Incceptam perhibent. Carolus Magnus Imperator illic Ecclesiam in honorem D. Petri & sanctoꝝum Crispini & Crispiniani condidit. Decem Episcopus in Saxonia instituit, quorum Onaburgensium esse voluit præcipuum. Summè etiam hanc Urbem præ

A praeceteris coluit, cui privilegium novae scholae conce- dit, in qua Graecae & Latinae linguae a viris doctis traden- tur.

Postquam autem Vvedekindum Ducem, Christianae reli- gionis valde repugnantem, una cum tota Saxonia devicisset, eos jugum Christi suscipere compulit, circa ann. salut. 780. Ecclesiam igitur in loco, qui Onaburga dicitur, qui frequens ac celebris erat habitatoribus, quam primam esse, sac Episcopa- lem voluit, adificavit. Accersivi, ad hoc divinum opus ex Phrygia, quae per D. Bonifacium ad Christi religionem acce- ferat, & multos habebat doctos ac pios viros, hominem gen- te & origine Phrysum, Vvithonem virum sanctum. Huic ut cum suo sancto Collegio commodius viveret, ac populum diligentius instrueret, de provincia provenibus suis abun- de prospexit. Quare hic vir Dei omnibus modis piissime regis expectationi satisfacere conatus est, & multas animas, bene vivendo, sedulo docendo, Christo lucratus est. Carolus autem suam novellam Ecclesiam exornare non desit. Vvedekindus autem Dux, ad mentem tandem rediens saniorum, se demum cum alio quodam nobili viro Carolo submisit, & B post diligentem in fide instructionem, sacrum, Carolo patri- no, suscepit Baptismum. S. Vvitho igitur, cum huic novella plantationi optime annis aliquot praesuisset, & multum fructus in vinea Domini fecisset, pie in Domino orbavit, an. 804. Sub eo Leo Pont. Rom. venit Paderbornam ad Caro- lum Imperatorem.

2. Mengardus, sive Meingerus, post S. Vvithonem huic Ec- clesiae datus est Episcopus. Et quia in fidei negotiis fide diligentissimum praebuerit praecorem, tali praesulatu se dignum effecit praesulem. Qui dies suos post laudabilem finem in pace Chri- sti, praesulatus sui an. 29. complevit.

3. Golvivinus inde ad gubernaculum promotus est. Praesuit an. 32. & pervenit ad an. 966.

4. Gosbertus ex ichola S. Ansgarii praesantissimi Apostoli Suediae, huic Ecclesiae datus est Antistes. Fuit quidem strenuus verbi Dei concionator: verum rebus in Ecclesia turbatis, ad ium magistrum Angarium, qui tum temporis erat sedis Apo- stolicae Legatus, sese contulit, & cum an. 10. praesuisset, cum aliis piis viris in Dania martyr occubuit.

5. Eggehardus, sive Egbertus, ad Ecclesiae regimen pervenit, cum a Normannorum tyrannide paululum respirasset. In- venit Ecclesiam propter praecedentium dissimulationem valde dilaceratam, praesertim in bonis temporalibus, quare sui prosectoris Archiepiscopi Colonienfis Vviliberti praesidium imploravit, & ejus adiutorio bonorum in favores eo adegit, ut veniam peteret, ac ablata restitueret. Annis igitur 10. sum- ma prudentia parique utilitate suae Ecclesiae praesuit. Mortem inde an. Chr. 884. sub Carolo III. incurrit.

6. Egelmarius, vir bonus & doctus, Pontificali honore dignus, substituitur. Hic apud Arnulphum Imper. summam erit auctoritatis, quare ejus favore, multa ablata ab Ecce- sia, restituit, & singularia obtinuit privilegia; cumque ma- gna laude ac commodo an. 33. praesuisset, in pace vitam cadu- cam amisit.

7. Dodo inde an. 12. relictam rexit Ecclesiam, & apud Ot- tonem I. cui gratus erat, privilegia antecessoris consummati ob- tinuit: fuit fidelis pastor.

8. Drogo deinde, optime comparandus praesulibus, sub Ot- tone I. praesuit. Quod Imperatorem habuerit sibi faventem, & ejus merita talia essent, Ecclesiae suae in Vvidebtinge ve- lictalia adjecit. Pervenit autem vivendo ad an. Chr. 966. & 3. Id. April. occubuit.

9. Ludolphus fuit illustri genere, & nobilitatem suam vir- tutibus illustriorem reddidit. Otto Imp. II. eum valde dilexit, & eum suum consanguineum appellavit, & Ecclesiam Ona- burgensem, ob optima praesulis probitatem, clariorem effecit. Praesuit an. 14. & mortem an. Chr. 983. experius est.

10. Dodo II. fuit sub Otrone Imp. III. Praesuit autem Ecce- siae annis decem. Nihil de eo singulari commemoratur, quod ad illum magnopere facere possit celebrationem. Non est au- tem infama laus, sine querela in Domini gregis excubiis ver- sum fuisse.

11. Guntrudus valentinarius, qui tandem maxima praesulis aegritudine, mortuus est.

12. Vvarnodus, sive Vvavolphus, fuit duodecimus Episcopus.

13. Thietmarus legitime succedit, quem Albert. Crantzius bonum Episcopum dicit.

14. Moncherus ordinarius succedit, hic spatio brevi, ad

els, annis 4. egit, fuit tempore V. Henrici Imperatoris, qui ra- E men ante eum obiit.

15. Golvivinus non improbandus Episcopus. His tempori- bus Berengarii haereticus inolevere cepit.

16. Elvericus, an. Dom. 1052. Onaburgensis Ecclesiae fa- crorum minister factus est. Fuit sub Conrado Imperatore, & dum proficere ad Italiam, se illi itineris comitem praebuit. Praesuit autem an. 5. & in Maio obiit.

17. Vvemicherus inde advenit ad officium, & praesuit laudabiliter an. 15. Mortuus est an. sal. 1068.

18. Bernhardus origine Suevus, & insignis religionis, Ecce- siae gubernationem consecutus est. Ante Pontificatum Goslarie degebat, & ibi juvenitum, ut Moderator scholae, infimebat sed & proximum, ut insignis divini Verbi praeco, salus do- ctina sedulo admonebat; quare Imperatori Henrico tertio innotuit: cum autem haec vacaret Ecclesia, Caesare auctore, ei praeficitur. In ea existens eminentia, vocationi suae mini- me dederit finem. Ferrus, quod glies, cum terra essent perni- ciosa, extra provinciam ad annos aliquot expulserit. Tandem cum optime an. 20. praesuisset, an. Christi 1088. ad meliora F transit.

19. Marquardus ex Abbate Corbejensis Cenobii electus est Episcopus Onaburgensis. Eo tempore Romanus Pontifex & Imperator de Ecclesiae jurisdictione decertabant, & erant altercationes acerrimas, & ulavenit, ut quem hic admove- ret, alter rursus depelleret, & multa inde scandala exurgeret: Quare & hic bonus vir anno sexto, quod huic vel illi impensis favorit, depositus est a Pontificatu. Haec depositio circa ann. Dom. 1093. contigit.

20. Vvido, amoto Marquardo, ad hanc adnotus est Ecce- siam. Contigit, ut sub eo vetus templum Onaburge incendio periret, & sacrae Divorum reliquiae, quae ibi servabantur, dis- perae sunt.

21. Joannes cognomento Vvividonis, huic succedit, & praesuit circa an. Dom. 1100. an. 9.

22. Delphodus, Joanne mortuo, ad regimen Ecclesiae pro- movetur, qui annis octo praesuit. Mortuus est anno Domi- ni 1119.

23. Diethardus ad gubernaculum eligitur. Hic in suo regi- mine multos hostes, expertus est gubernavit autem an. 8.

24. Udo ad clavum Ecclesiae adnotus, sedit an. 4.

25. Philippus ex Comitibus de Katzenallenbogen, assumi- tur Pontifex. Hic suis hostibus egregie novit obviare: nam Ecclesiam opportuno tempore, tum armis defendit, tum reli- gione illustriorem fecit. Praesuit igitur provinciae an. 32. sum- ma cum laude parique emolumento, & an. Chr. 1164. defi- cians, esse inter mortales desit.

26. Arnoldus Onaburgensis ex Canonico Colonienfi Pre- positus, inde Ecclesiae ejusdem creatus est Episcopus. Praesuit igitur cum laude & pari quoque commodo an. 22. Patribus an. 1186. aggregatus est.

27. Gerhardus de Lippia, vir acris & prudentis ingenii. Habuit hic bellum cum Sceingis, eo quod male de Christia- na religione sentirent, ac cultoribus Christi male precarentur. Ad Bremensem Archiepiscopatum postulatus est, & quod suo Capitulo minus esset gratus, cui in omnibus non contentiebat, facile acquievit. Fuit sub Friderico Imperatore.

28. S. Adolphus ad Ecclesiae clavum assumitur. Fuit hic Adolphus valde religiosus, & Ecclesiam suam optime viven- do, docendo, plurimum ornavit. Fuit in pauperes, in lepro- sos valde liberalis. Ecclesiae bona temporalia non neglexit. Cum praesuisset an. 22. sancte obiit, & Deus declaravit sancti- tatem ejus.

29. Bruno Comes de Isenburg, qui fratrem habuit Theodo- ricum Episcopum Monasteriensis. Fuit hic Bruno pacis studio- sus, & cum multa Capitulo crearentur ac objicerentur ab ad- versariis dissidia, ipse omnia composuit, ac concordiam quasi- vit. Praesuit an. 8. & hoc ipsum tempus rebus salutaribus im- pendit.

30. Vvidekindus Comes de Vvaldegge, ad Ecclesiae regi- men legitime promovetur. Ad gubernaculum accitus, se vi- rum longe in rebus bene gerendis praesantissimum declaravit. Contulit Capitulo multos agros, ut cum prius frumenti inopia laborarent, ipse improbo labore ex sterili solo, fertiles agros effecit. Cum autem an. 10. utilissime praesuisset, ad meliora, uti confidimus, an. saluti 1262. emigravit.

31. Baldevivinus ex Ruisle, vir ob animi virtutes Episcopa- tu nequitiam indignus, successore est factus. Hic reliquit me- moria-

A moriale, quod Ecclesiae suae Onaburgensis auxerit praben- das, & quod Ecclesiae in Vvidenbruggen optime prospexit. Praesuit annis decem, & esse inter vivos desit.

32. Conradus Comes de Retberge, sui nobilitate ac vir- tute ad hanc provecus est Ecclesiam. Cumque bonus Episcopus annis 28. laudabiliter praesuisset, viam universae carnis, sui magno relicto desiderio, ingressus est.

33. Ludovicus ex Comitibus de Ravensberge ortus, succedens fuit. Cum esset ad regimen adnotus, arma contra se- vissimos hostes arripere coactus est: Habuit enim impugnato- res acerrimos, & contra hos semper triumphavit. Verum cum in conflictu vulnus quoddam a suo ministro incaute accepisset, mortuus est, cum an. 12. gloriosae Ecclesiae praesuisset.

34. Engelbertus, cognomento de VVepe, post Ludovicum praesuit. Hic autem in Vvillage, Ecclesiae Onaburgensis sulcimentum construxit. In diebus quibus praesuit, satis gnavit Ecclesiae prospexit: inde gubernationis suae anno 10. ex hoc mundo ad superos concessit.

35. Goitfridus ex Comitibus de Arnsberge, heros nobilis Ecclesiae praesidere coepit. Praesuit sine annis triginta non sine molestis. Erat quidem pacis studiosus & a Marte abhorrens, ab adversariis tamen immunitas esse non potuit. Tandem ad Archiepiscopatum Bremensem electus, cum annis decem praesuisset, anno saluti 1359. Statu calamitosus Pontifex de- cessit.

36. Joannes Hoel, Decretorum Doctor, Apostolicae sedis auctoritate assumptus est. Erat quidam alius, Lubertus sacra- rum legum Doctor, electus: verum ille huic cessit, & tranquillo- rem statum vitae, in monastica religione, amplexus est. Tandem ab alienatis oppidis & arcibus ab Ecclesia, Theodorico de Marca Canonico Colon. Coadjutorem assumptis. Cum- que annis 16. varia fortuna praesuisset, in fata concessit.

37. Melchior ex Ducibus Brunsvicensibus, neglecta Capitu- lorum electione, per Romanum Pontificem admittis est: Verum quod omnia essent in manu Theodorici praepositi Colonienfi, ipse parum proficere potuit. Tandem in bello quodam es- pectus est, & Theodorici liberalitate liberatus: Praesuit Ecce- siae ut Vicarius, summa regimini ad manus Theodorici de- lata. Ab hac absolutus Ecclesia, ad Suerniensem est transla- tus an. Dom. 1376. Tandem per fraga, quae nimis avidae sum- pit, perit.

38. Theodoricus de Marca, fuit tanquam Coadjutor, in or- dine 38. Episcopus, Praepositus Colonienfis majoris aedis.

39. Theodoricus de Horde, Praepositus Ecclesiae Onabur- gen. vir magnanimus, per liberam electionem in Episcopum as- sumptus est.

40. Conradus III. ob vitae integritatem Episcopus Ona- burgenfi electus fuit eo tempore, cum Basiliense Concil. in- choaretur. Erat autem cum Episcopatus ille plurimum turba- tus, atque multa bona ab Ecclesia alienata. Itaque Con- radus parum sua prudentia, parim annis, labentem ejus Ec- clesiae statum, egregie restituit.

41. Otto Comes de Hoya, Episcopus Monasteriensis, Ad- ministrator Onaburge. Hic utriusque Ecclesiae optime prospexit ac praesuit.

42. Joannes Comes de Diepholte, vir insignis, strenuus ac constans. Hic verè perpendit illud Apostoli Colof. 4. Vide mi- nisterium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.

43. Erricus Comes de Hoya. Hic expulsi est.

44. Henricus Comes Morienfis, Episcopus, Monasteriensis, Administrator Onaburgen. Hic optime & summa cum laude praesuit.

45. Albertus Comes de Hoya, Episcopus Mindensis & On- aburgensis, sub quo fuit incendium Onaburge perniciosissi- mum.

46. Rudolphus Comes de Diepholte, Episcopus, Ultrajecten. & Onaburgen. vir bellicosus.

47. Conradus IV. Comes item de Diepholte, vir pacificus. Recte D. Gregorius ait: Si Dei vocatur filii, qui pacem faciunt, proculdubio Satanam sunt filii, qui pacem contum- dunt.

48. Conradus V. Comes de Retberge, Episcopus, Monaste- riensis; a Capitulo ad hoc electus Pontifex: fuit vir insi- gnis, indultissimus ac humanus. Obiit an. Dom. 1505. die 8. Feb.

49. Erricus Dux Brunsvicensis, de Grubenhagen, post hunc assumptus est in Episcopum Onaburgensem, & sedit in eodem Episcopatu annis 23. Cum ad Monasteriensem quoque esset electus Episcopum, post sex hebdomadas, id est an. Dom. 1531. mortuus est.

50. Franciscus Comes de Vvaldeck, Monasteriensis Episcopus, ad Onaburgen. ut procedendum haberent potentem, assumitur. Huic Anabaptistae multum negotii creatum, quos tandem magnis sumptibus, aliorum Principum auxilio, expugnavit. Mortuus est optimus ac pacificus Princeps, an. Dom. 1533. sepultus Monasterii.

51. Joannes Comes de Hoya, huic in Onaburgenfi Ecclesia substituitur. Huic hic Cameræ Imperialis Judex, Princeps doctus, ac paci desiderissimus, multarum gratiarum linguarum. Obiit Monasterii ann. Dom. 1574. nonis April. ac ibidem in summo templo, id est, D. Pauli, honorifice se- pulchus.

52. Henricus Dux Saxoniae, Canonico Colonienfis, Archie- piscopus Bremensis, ad hanc Onaburgensem sedem assumptus est, an. 1574. Istit postremis Praesulibus cogitandum illud ex Decretis Concil. relinquo: Integritas praesidentium salus est subditorum; totiusque familiae Domini status & ordo natibus, si quod requiritur in corpore, non invenitur in capite.

EPISCOPI MINDENSES.

Carolus Magnus Christianae religioni devotissimus, hanc Mindensem Ecclesiam in Saxoniae finibus hac ratione instituit. Cum duce illius gentis Vvedekindum potentissi- mum cum suo exercitu devicisset, ac ad fidei Christi professio- nem perduxisset, petiit tandem, divina illustrans gratia, Dux, ut sacerdotem doctum ac pium, qui eum in rebus fidei plenius instrueret, posset habere. Annuix Rex se curaturum, ut Care- chistam habeat, modo de habitatione digna ac commoda ipsi provideat. Obtulit Dux suam, ad Vveisram, arcem, utriusque capacem, & locum edificandae Ecclesiae opportunum ultro concessit. Ibi igitur constructa est Ecclesia, & paulatim non ignobile Saxoniae oppidum Mindense subseditum. Devoti- tatis magnitudine, splendore, & civium studio, parum, quod hic dicere possumus, habentis: dolendum cum Lutheranis fermento implicatam. Fertur, hoc nomen Minda, illic hac oc- casione provenisse, quod Menda & Tuun, quae coquamis duorum colubatio, sonat in Saxonica lingua; Myn. din. Ut autem novella haec Ecclesia celebris esset, ei defensores Duces & Comites, Nobiles, Ministeriales assignavit: imò & G provenus locupletes, quibus daretur, ordinavit & instituit. Haec Ecclesia ab initio multis ornata est Sanctorum reliquiis, scilicet Feliciani, Fulgurai Episcopi & Martyris, Theodori, Carpophori, & Abundii Martyrum.

1. S. Herimbertus, vir pietate insignis, Carolo admodum familiaris, huic novellae Ecclesiae primus datus est Episcopus. Hic igitur duce innotuit, & baptizavit, & tantus populum fervor religionis incescit, ut plurimi confluerent ad baptismum. Cum autem sanctus Herimbertus suo officio gnavit annis aliquot institisset, ac plurimos fructus de suo concredito ta- lento fecisset, pie in Domino in die SS. Primi, & Feliciani ob- dormivit. Quam diu autem huic Episcopatu praesuerit, An- nales non expriment.

2. Haduarius, vir pietate ac religione insignis, secundus Antistes praeficitur. Impositam sarcinam non detrectavit, ve- rum in vinea Domini, ut diligens vinitor ac agricola, labora- vit; & ob hanc solam causam, ut plurime impiorum animae Jus- torum albo adderentur, ad mortem usque sese impendit. Cum tales animos, Saxones in suis Praesulibus cernerent, sub jugum Christi non gravatim sese submiserunt. Non enim eos tribu- tis gravabant, non querebant fenus, sed eorum aeternam salutem. Tandem bonus Pontifex, plenus pietatis operibus, ad Deum transit Idibus Aprilis: quot autem praesuerit annis, non ex- primunt.

3. S. Theodorius, vir sincerus, gubernacula suscepit. Hic bonus Antistes in illa turbulenta incidit tempora, quando Nor- manni per terras grassabantur, & multa ubique damna deder- e. Occubuit igitur hic gloriosus Pontifex, cum aliis quibus- dam viris piis, pro Ecclesia Dei.

4. Vvlfarius genere Saxonico, mirabilis, sed bonus Episcopus. Tum temporis non nisi religione & sanctimonia praestan- tes, ad Episcopales vocabantur honores.

5. Drogo, an. Dom. 806. praeside coepit: hoc eodem tempe- re initium habuit Monasterium in Melebeke. Episcopus autem hic bonis operibus plenus, ipse feris Divi Bonifacii, rebus hu- manis excessit, quietens in pace Christi.

6. Adelbertus Episcopatu mytagogus instituitur. Fue- runt tum tempora turbulenta, quam hostes truculentissimi undique irruerant: quare Ecclesiasticis viris ad lacrymas